



**Stella Benedictina Sive Regula Sanctissimi Patris Nostri
Benedicti**

Meyenschein, Benedikt

Hildesii, 1725

VD18 10311831

LXIX. Ut in Monasterio non præsumat alter alterum defendere. Est
Monachi veri nullum vel voce tueri; Dissidii fomes nam solet esse comes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65028](#)

Ex 27. APRIL. 27. AUG. 27. DECEMB.

ben-
dum
cor-
siveli-
do-
dua-
tus;
inda-
pla,
nctu-
illis
ere,
ocu-
nch.

C A P U T L X I X .

*Ut in Monasterio non præsumat alter
alterum defendere.*

Præcavendum est, nè quavis occasione a præsumat alter alterum defendere Monachum in Monasterio b, aut quasi tuéri e, etiamsi quâlibet consanguinitatis propinquitate jungantur. Nec quolibet modo d id à Monachis præsumatur; quia exinde gravissima e occasio scandalorum f oriri potest. Quòd si quis hæc transgressus fuerit, acriùs coer-
ceatur.

- a) *Etiam justitiæ vel æquitatis causâ.*
- b) *Nam apud extraneos id licet, imò ḡ obligationis est, si ḡ in quantum sine offen-
sâ fieri potest.*
- c) *Puta, laudando, adulando, imitando fa-
tum ḡc. Alii intelligunt, tueri facto,
defendere verbo. Aliis denique idem
sonat quasi tueri, ac arrogare sibi jus ḡ
potestatem defendendi, instar tutoris.*
- d) *Sive verbo, sive facto; sive directe, sive
indirecte. ḡc.*

-
- e) *Id est, maximè nociva.*
f) *Id est, rixarum, contentionum &c.*
-

28. APRIL. 28. AUG. 28. DECEMB.

C A P U T LXX.

*Ut non præsumat quisquam passim a
alium cædere.*

Ut vitetur *b* in Monasterio omnis præsumptionis occasio, ordinamus atque constituimus, ut nulli liceat quemquam Fratrum suorum excommunicare *c* aut cædere *d*, nisi cui potestas ab Abbe data fuerit. Peccantes *e* autem coram omnibus arguantur, ut cæteri metum habeant *f*. Infantibus *g* verò usque ad quintum decimum *h* annum ætatis disciplinæ diligentia adhibeatur, & custodia sit ab omnibus *i*; sed & hoc cum omni mensurâ & ratione. Nam in fortiori ætate *l* qui præsumpsérit aliquatenus *m* finè præcepto Abbatis, vel in ipsis infantibus *n* finè discretione exarserit *o*, disciplinæ regulari subjaceat: quia scriptum est *p*: Quòd tibi non vis *q* fieri, alii nè feceris.

a) *Id*